quitur angelus deo et loquitur sibi in seipso: quia non possunt eum latere intellectiones quas format. sed hoc modo non loquitur vnus angelus alteri: quia vnus angelus non cognoscit intellectiones alterius angeli. Tertio autem modo videlicet formando intellectionum expressiones loquuntur angeli sibi inuicem. Sicut enim in potestate angeli est puertere se super quacumque vult specie et formare in seipso intellectionem: ita in potestate eius est conuertere se super quacumque intellectione et super quocumque verbo intelligibili et formare eius expressionem. potest enim angelus secundum quodcumque suum uerbum intelligibile formare in seipso aliquod signum quod erit expressiuum et manifestatiuum illius: ubi quod signum alii angeli videntes percipiunt cogitationes et preceptus illius angeli. ¶ Aduertendum autem quod sicut super vno et eodem verbo et super vna et eadem specie et super eadem intellectione potest se angelus puertere diuersimode: sic secundum diuersas conuersiones poterit formare in seipso diuersas expressiones: ut puta si aliquis angelus intelligat per species volatilis poterit se super illa specie conuertere ut representat volatilia generaliter: et ut representat hanc speciem volatilis: ut puta vulturum vel aquilam specialiter: et ut representat hanc singularem vulturum vel hanc singularem aquilam particulariter. per vnam enim et eandem speciem in se non diuersificatam: sed solum secundum ordinem voluntatis in aliud et aliud relatum potest angelus diuersimode se conuertendo diuersa intelligere. et quod dictum est de specie intelligibili veritatem habet de intellectu et de verbo intelligibili. In vnico enim verbo intelligibili in se non diuersificata sed secundum ordinem voluntatis in aliud et aliud relata potest angelus diuersa cognoscere. utrum autem possit illa cognoscere simul vel qualiter. et quomodo possit simul cognoscere plura. et quomodo non est in anterioribus questionibus patefactum. et quod dictum est de verbo intelligibili et de specie veritate habet de ipsa intellectu. sed de expressionibus intellectionum siue de signis intelligibilibus per que loquitur angelus non sic est. nam quot modis se conuertit angelus super sua specie intelligibili. et quot modis refert suam intellectionem tot format illius intellectio nis expressiones. non enim eandem expressionem nec idem signum intelligibile formabit angelus prout conuertit se super speciem volatilis ut representat omnia volatilia generaliter et ut representat hanc speciem volatilis specialiter et ut representat hoc particulare volatile singulariter: immo quot erunt ibi huiusmodi conuersiones tot erunt ibi signa intelligibilia et intellectio num expressiones. et inde est quod huiusmodi expressiones intellectionum siue huiusmodi signa intelligibilia sunt angelis patentia. sed ipse intellectiones et ipsa verba intelligibilia sunt eos latentia: quia quod verbum siue intellectio continet vniuersas expressiones uerborum et intellectio nis continent sparsim et distincte et particulariter: ut si videat angelus superior in angelo inferiori speciem volatilis esse factam in actu et videat intellectionem inde generatam et uerbum inde formatum bene scit quod cogitat de volatilibus. sed nescit utrum cogitet de eis generaliter. vel si de aliqua specie cogitat specialiter: vel de aliquo particulari singulariter. Sed postquam angelus format in seipso sue intellectio nis expressionem et exprimit utrum cogitet de volatili generaliter vel specialiter vel singulariter: ita quod per tres et vario modo cogitat: sic vario modo exprimitur: tunc incipit alteri angelo per huiusmodi expressionem esse potens quod prius erat la-

tenus. igitur hoc tertio modo loquendi formando intellectionum expressiones loquuntur angeli sibi inuicem. ¶ Quarto autem loquendi modo videlicet per applicationem virtutum ad aliquod corpus sine transmutatione corporis loquuntur et angeli sibi inuicem. huiusmodi enim duobus modis. videlicet tam per intellectio nis expressionem quam per virtutis applicationem cum tamen sit illa applicatio sine transmutatione materie: ita possunt angeli loqui nobis. nam illas expressiones intellectionum quas formant videre non possumus: quia nec habent fantasma nec sunt proportionate habentibus fantasma. Sicut enim ipsa essentia angeli est supra intellectum nostrum: quia non possumus eam essentialiter intelligere: quia nec est sensibilis nec proportionata sensibus: sic et quecumque sunt in eius essentia siue sint potentie siue perfectiones poterunt: ut siue sint intellectiones siue expressiones intellectionum sunt improporionate nobis et latent nos. et sicut locutio angelorum facta per expressiones intellectionum latet nos: sic et locutio eorum facta per solam applicationem virtutis absque transmutatione materie et absque signo sensibili latet nos. nam hoc modo ut diximus loquitur angelus quia potest per suam applicationem virtutis varias figuras in celo empreouit in aliquo alio corpore describere. nam ut patuit sicut quis potest in pergamento varias describere figuras quia potest ibi vario modo applicare atramentum: sic pari ratione poterit angelus in quocumque corpore varias describere figuras. quia potest ibi vario modo applicare virtutem. potest enim pro sue voluntatis arbitrio applicare suam virtutem ad partem alicuius corporis triangularem vel quadrangularem vel etiam alterius cuiuscumque figure. et ideo sicut nos loquimur per litteras applicando ad pergamentum diuersimode atramentum sic ipsi possunt loqui applicando diuersimode ad corpus virtutem suam. quare ut dicebamus sic impossibile esset alicui loqui per litteras nisi videret atramentum quo descripte sunt littere. sic impossibile est quod angeli hoc modo locutionis loquantur hominibus. quia non possunt homines illas virtutes intueri per quas secundum varias applicationes fit varia descriptio figurarum. ¶ Sed quinto modo locutionis prout applicant virtutem suam transmutando materiam: siue prout loquuntur per sensibile signum et per materiam transmutationem: siue illa transmutatio materie sit quantum ad organum fantasticum: quia reducendo spiritus et humores ubi referuntur similitudines sensibilibus ad huiusmodi organum faciendo ibi ex hoc diuersas imagines apparere siue sit talis materia transmutatio quia prout in ipso aere exteriori diuersos sonos formare prout loqui angeli et homines et sibi inuicem ut est per huiusmodi manifestum. omnibus ergo huiusmodi modis donec loquuntur angeli. excepto ergo primo modo loquendi prout loquitur angelus per solam cordis patefactionem: per quem modum loquitur soli deo: in quo modo loquendi non proprie formant. nam ipsa verba intelligibilia sunt signa rerum. ipse autem expressiones intellectio nis et varie descriptio nes figurarum secundum variam applicationem virtutis et etiam varia signa sensibilia que sunt secundum transmutationem materie sunt signa uerborum intelligibilibus et ipsorum conceptuum. Sed aliter et aliter sunt omnia ista signa. Dicemus enim quod angelus potest loqui per signa quadrupliciter. quia aliquando loquitur per signa intellectualia intrinseca et latentia. aliquando per signa intellectualia intrinseca et non latentia. aliquando quidem per signa intellectualia que nec sunt intrinseca nec la-

## De cogni. angel.

temtia. Sed potest et quarto modo loqui per signa que nec sunt intellectualia nec intrinseca nec latentia sed sunt sensibilia extrinseca et patentia. nam cum angelus loquitur formando uerba intelligibilia siue intellectiones: secundum quem modum loquitur sibi et deo loquitur per signa intellectualia intrinseca et latentia. hoc enim uerba signa sunt que sunt reposita in naturarum rerum. intellectualia sunt quia sunt in ipso intellectu. intrinseca sunt que sunt in ipso angelo. latentia sunt que hoc uerba intelligibilia que sunt in uno angelo latent alium angelum que non potest unus angelus per hoc uerba videre cogitationes alterius angeli. sed cum angeli loquuntur secundo modo. uidelicet per expressiones intellectuum hoc expressiones signa sunt que sunt signa expressiua et manifestatiua uerborum intelligibilium. sunt etiam talia si signa intellectualia et intrinseca que sunt in ipso angelo et in intellectu eius: tamen non sunt latentia sed patentia que non latent alium angelum sed patet ei. sed cum loquuntur angeli tertio modo per solam applicationem virtutis absque transmutatione materie loquuntur per signa intellectualia sed non intrinseca nec latentia. figure enim de scripte per hoc applicationem virtutis signa sunt quia sunt signa uerborum intelligibilium: et intellectualia sunt ut appellationem intellectualem quicquid non potest comprehendere sensu sed intellectu. sed hoc signa non sunt intrinseca: que non sunt in ipso angelo sed magis sunt per applicationem virtutis ad corpus exterius. sunt etiam talia signa patentia cum per talia signa loquatur uel loqui possit uel patefacere possit conceptus suos alteri angelo. Sed quarto modo locutionis ut loquitur angelus transmutando materiam corporalem faciendo sibi apparere aliqua signa sensibilia in tali locutione loquitur angelus per signa: sed illa signa nec sunt intrinseca que sunt in materia exteriori. nec sunt intellectualia que sunt sensibilia. nec sunt latentia sed sunt patentia cum per ea possit patere conceptus suos. ¶ Uiso quomodo loquuntur angeli et quomodo diuersimode loquuntur per signa: uolumus enumerare quomodo nos loquimur: et quomodo in locutionibus nostris est aliquid naturale uel uoluntarium ut ex eis que sunt in nobis possumus ascendere ad ipsas locutiones angelicas quomodo sibi reperiat naturale et uoluntarium. uident enim sancti ut patet per Augustinum. is. de trinitate. capitulo. 11. distinguere in nobis duplex uerbum. uidelicet intellectuale: imaginarium: et sensibile. sed cum loquidem sit que formare uerbum. quomodo uerba formamus per modum et loquimur. unde et Augustinus. is. de trinitate. capitulo. 10. uult que non solum loquamur exterius ore per uerba sensibilia. sed loquamur interius in corde siue in intellectu per uerba intelligibilia. et sicut formatio uerbi intelligibilis dicitur locutio. et formatio uerbi sensibilibus locutio uocatur. sic et formatio uerbi imaginabilis locutio dicitur potest. loquitur ergo intellectualiter: imaginabiliter et sensibilibus. sed accipiendo locutionem large pro quacumque manifestatione conceptuum nostrorum: possumus addere et quartum locutionis modum ut dicamus que loquimur passionibus ut per passionibus aggeratas in nobis. nam per passionibus in nobis factas angelus et demones multa possunt videre de conceptibus nostris: ut si uideat angelus uel demon que cogitamus de inimico et in ponendo que uideat que cogitamus de fuga inimici. uel tamen ut supra diximus si cogitemus de hoc fuga affirmatiue uel negatiue: que in intellectu affirmatio et negatio non habent distinctum conceptum secundum se sed solum secundum rationem et or-

dinem uoluntatis. sed hoc que angelus non cognoscit sed se potest ei patefacere per passionibus aggeratas in nobis: ut si uideat nos cogitare de fuga inimici et uideat nos passionibus passione calidi statim cognoscet que cogitamus de fuga negatiue. cognoscet enim ex hoc nos esse audaces. ideo cognoscet que non proponimus fugere. sed si uideat nos passionibus passione frigidi cognoscet nos esse timidos: et cognoscet que nos cogitamus de fuga affirmatiue. cum ergo quatuor modis loquamur aliqua locutionum nostrarum est penitus naturalis: aliqua penitus uoluntaria: aliqua partim uoluntaria. Nam si loquamur: id est si patefacimus conceptus nostros per passionibus talis patefactio siue talis locutio est naturalis et quantum ad passionibus formationem: et quantum ad passionibus representationem. cum enim cogitamus de fuga inimici non est in potestate nostra nec subiacet omnino uoluntati que passio formetur uel aggeretur in nobis. que aliqui naturaliter sunt timidi: et aliqui naturaliter audaces. et timidi naturaliter passionibus passione frigidi eo que in timore refugit sanguis ad cor: propter quod remanent membra frigida. unde et consueuerit membra timidis tremere: que propter recessum sanguinis remanent nervi lassati et debilitati et infrigidati ut non possint bene coniungere ad iunctem membra. Rursus non solum aggeratio talium passionibus est quodammodo naturalis que non est in potestate nostra: sed etiam ipsa representatio facta per tales passionibus naturalis est. nam naturale est que infrigidatio dat intelligere timidum et cogitantem de fuga affirmatiue. calefactio dat intelligere audacem et cogitantem de fuga negatiue. talis ergo locutio est quodammodo omnino naturalis. sed cum per uerbum sensibile experimur uerbum intelligibile talis locutio est omnino ad placitum et uoluntaria. et quantum ad uerborum formationem: et quantum ad uerborum formatorem significationem. quantum ad uerborum formationem que in potestate nostra est post que cogitamus interius uerbum sensibile formare al non formare exterius uerbum sensibile ita que ipsa uerborum sensibile formatio est uoluntaria: sic etiam uerborum formatorem significatio uoluntaria est. nam ad placitum est que tale uerbum formatum exterius significet hoc uel illud. sic etiam representatio uerbi intelligibilis per uerbum imaginabiliter uoluntaria est et quantum ad uerborum formationem: et quantum ad uerborum formatorem significationem. uerbum enim imaginabile ipsius leonis non appellamus ipsum fantasma leonis: uel non appellamus ipsum fantasma leonis uel ipsum idolum formatum in fantasia: quia hoc non est ad placitum. sed uerbum imaginarium ipsius leonis possumus appellare hanc uocem imaginatam que est leo. huiusmodi autem uerbum imaginarium per quod representatur uerbum intelligibile est ad placitum: et quantum ad uerbi formationem: et quantum ad uerbi formati representationem. nam si non possumus intelligere leonem nisi formemus nobis fantasma leonis: possumus tamen intelligere leonem absque eo que imaginemus hanc uocem leo: uel absque eo que imaginemur quamcumque aliam uocem sensibilem. Imaginatio ergo talis uocis est ad placitum. Rursus significatio per talem uocem imaginatam ad placitum est. Nam que hec uox imaginata que est leo significet naturam leonis uel aliquam aliam naturam ad placitum est. Possemus enim cuiuslibet rei nomen quodlibet imponere. locutio ergo passionibus



est quasi omnino naturalis. Sed locutio imaginaria prout per uocem imaginatam. uel prout per uerbum imaginabile exprimitur uerbum intelligibile est omnino ad placitum. sic etiam locutio sensibilis prout per eam representat uerbum intelligibile ad placitum est. vno ergo modo loquimur oino naturaliter. duobus autem modis oino ad placitum. duobus etiam modis loquimur partim ad placitum et partim a natura. nam per uerba intelligibilia prout per h<sup>is</sup> uerba representantur ipse nature rerum loquimur partim ad placitum et partim a natura. nam uerborum formatio est ad placitum. sed uerborum formarum representatio est a natura. nam in potestate nostra est intelligere per hanc spem intelligibile uel per illa et formare hoc uerbum intelligibile uel illud. ita quod quodammodo ad hoc ipsa uerborum formatio subiacet beneplacito. sed uerborum formarum representatio non est ad placitum sed a natura. naturale est enim quod per tale uerbum intelligibile et per tale conceptum representet hanc naturam rei et non aliam. et ideo talia sunt eadem apud omnes. id enim idem quod concipit aliquis homo latinus de leone concipit homo grecus uel arabs. idem enim uerbum intelligibile de natura leonis format arabs greci et latini. sic etiam locutio per uerba sensibilia prout per h<sup>is</sup> uerba exprimitur non uerba intelligibilia sed uerba imaginaria et uoces imagnate est partim ad placitum et partim a natura. locutio ergo sensibilis per uerba exteriora prolata. vno modo est penitus ad placitum. uidelicet prout per talia uerba sensibilia exprimitur uerba intelligibilia. et talia uerba sensibilia non sunt eadem apud omnes quia idem uerbum intelligibile apud diuersas figuras. siue apud diuersas gentes exprimitur per aliud et aliud uerbum sensibile. alio modo h<sup>is</sup> locutio sensibilis. uidelicet prout per eam exprimitur uox imaginata siue uerbum imaginabile est partim ad placitum et partim a natura. naturalium uerborum formatio est ad placitum. postquam enim imaginati sumus aliquam uocem in potestate nostra est exprimere illam uocem imaginantes per uocem extra sensibilibus prolata uel non exprimere causam talium uocum formarum uel talium uerborum formarum representatio et significatio non est ad placitum. Nam leo ut est uox prolata nulla alia uocem imaginatam representat. sed solum representat seipsam in imaginatione conceptam. et hoc est idem apud omnes. hanc enim uocem imaginatam que est leo nullus potest sensibilibus extra proferre nisi formando hanc que est leo. et inde est quod philosophus de significatione uocum uidetur sibi contradicere. nam in perlarum. distinguit quasdam uoces esse significatiuas et quasdam non significatiuas. In secundo autem de anima diffinit uocem per esse quiddam significatiuum. cum ergo quodlibet diffinitiuum debeat uel predicari de diffinito. si esse significatiuum est diffinitiuum uocis oportet quod conueniat omni uoci. propter quod ad saluandum dictum philosophi oportet distinguere de significatiuo. nam uox potest esse dupl<sup>iter</sup> significatiua. vno quidem modo prout significat uerbum mentale uel conceptionem intellectus. et sic non omnis uox est significatiua. quia non omnis uox est instituta ad significandum. alio modo dicitur uox significatiua. quia uox prolata significat seipsam in imaginatione conceptam. et sic omnis uox est significatiua. quia nulla est uox extra prolata nisi sit prius in imaginatione concepta. et si cogeret ex ore emittere aliquem strepitum sine conceptione imaginaria ille strepitus non esset uox sed sonus tantum. unde et in secundo de anima in capitulo de uoce dicitur quod tussio non est uox. nam strepitum illi

quem cum tussimus sine imaginatione prima proferimus. ideo talis strepitus non habet rationem uocis. locutio ergo extra prolata licet per comparationem ad uerbum intelligibile sit simpliciter ad placitum. per comparationem tamen ad uocem imaginatam est ad placitum et non ad placitum. quia in potestate nostra est ut discernimus formare uel non formare uocem exteriorem. tamen quantum ad significationem et expressionem per comparationem ad imaginationem et expressionem non est ad placitum. immo quelibet uox exterioris prolata determinate significat seipsam et non aliam uocem in imaginatione conceptam. cum ergo quadrupliciter loquamur. uidelicet per passiones in nobis aggeneratas. per uerba intelligibilia in mente concepta. per uoces in imaginatione formatas. et per uerba sensibilia exterioris prolata. Prima locutio per passiones in nobis aggeneratas est quodammodo omnino naturalis. Secunda autem locutio per uerba intelligibilia in mente concepta est partim naturalis et partim ad placitum. nam talium uerborum formatio est ad placitum. eorum autem significatio uel representatio non est ad placitum sed est ut exigunt nature rerum. quia sicut res se habet ad esse ita ad cognosci et ad representari. non enim quelibet representatio loquendo de representatione facta per uerbum intelligibile est uel esse potest cuiuslibet nature. sed determinata natura requirit determinatum intelligibile uerbum. Tertia autem locutio que fit per uoces imaginatas siue per uerba imaginaria est simpliciter ad placitum. Sed quarta locutio fit per uoces sensibiles extra prolatas cum possit referri ad uocem ad imaginationem et ad intellectum. prout refertur ad intellectum est simpliciter ad placitum. sed prout refertur ad imaginationem est ad placitum et non ad placitum. ut est per habitam declaratum. ¶ Habito quot modis loquuntur angeli. et quot modis nos loquimur. et quomodo locutiones nostre sunt ad placitum et non ad placitum. uolumus ex hoc procedere ad declarationem principalis intentionis uidelicet quomodo locutiones angelorum sint ad placitum et quomodo non. discernimus enim quod angeli loquuntur quinque modis. uidelicet per cordis participationem prout loquuntur soli deo. per intellectio nis formationem prout quilibet angelus loquitur sibi ipsi. per intellectio nis formationem expressionem prout unus angelus loquitur alteri. per uirtutis applicationem prout etiam angeli possunt loqui ad se inuicem. et per transmutationem exterioris materie prout angelus potest loqui tam homini quam angelo. ¶ Prima autem locutio est omnino naturalis. nam non est in potestate angeli claudere uel non claudere cor suum deo immo dato quod nolle semper cor eius esset patefactum deo. ¶ Secunda autem locutio prout loquitur formando intellectio nem et uerbum intelligibile est partim ad placitum. et partim ad non placitum. nam quantum ad uerborum formationem est ad placitum. nam in potestate angeli est conuertere se super aliqua specie et formare inde uerbum intelligibile uel non conuertere se et non formare h<sup>is</sup> uerbum. sed quantum ad uerborum formarum representationem non est simpliciter ad placitum. nam quodlibet uerbum formatum potest esse representatum cuiuslibet nature rei. sed est sibi determinatus modus representandi. ita quod hoc uerbum representat hanc naturam: ut puta naturam animalis uolatilis. aliud uerbum aliam naturam ut puta naturam animalis aquatici. et sic de representationibus alijs. attamen quia angeli pos-

## De cogni. angelorum

sunt intelligere per species generum in vno et eodem verbo possunt diuersa intelligere secundum quod diuersimode se conuertunt super sua specie siue super suo verbo intelligibili. Tertia etiam locutio que est per intellectiois siue per uerbi intelligibilis expressionem est etiam ad placitum et non ad placitum. nam quod ad talium expressionum formationem est talis locutio ad placitum. nam postquam angeli in seipsis formauerunt intellectiones et uerba intelligibilia in potestate eorum est formare talium intellectiois et talium uerborum intelligibilium expressiones. sed quod ad talium expressionum representationem huiusmodi locutio non est ad placitum: quia non quilibet expressio est representatiua cuiuslibet uerbi intelligibilis uel cuiuslibet intellectiois. sed oportet quod aliarum et aliarum intellectiois siue aliorum et aliorum uerborum intelligibilium sint alie et alie expressiones. Quarta autem locutio que fit per virtutis applicationem est simpliciter ad placitum. nam quod angelus applicando uirtutem suam faciat diuersas descriptiones in aliquo corpore est secundum suum beneplacitum. Rursus quod ille descriptiones representet hoc uel illud est etiam secundum angelorum beneplacitum. Sicut ergo nos possumus manus nostras diuersimode applicare ad aerem et secundum alium et alium motum manus possumus aliud et aliud significare. ita quod omnis huiusmodi significatio est secundum placitum: ita quod nullus motus manuum secundum se magis representat hoc quam illud. Immo si uellemus quemlibet motum manus possemus instituire ad quolibet representandum. sicut etiam angeli secundum diuersimode applicant uirtutes suas ad aliquod corpus possunt per huiusmodi applicationes suas conceptus representare. quilibet tamen talis representatio erit ad placitum. Quinta etiam locutio que fit per transmutationem materie est etiam ad placitum. nam quod uoces formate in aere representent hoc uel illud ad placitum est. Rursus et in organo fantastico possunt facere apparere non solum imagines sed etiam similitudines uocum. Si ergo loquantur per apparitionem imaginum non erit talis locutio simpliciter ad placitum. Imago enim hominis non representat leonem. nec quilibet imago quodlibet representat. sed si loquantur faciendo in organo fantastico apparere similitudines uocum. Si ergo loquuntur per applicationem talis locutio erit simpliciter ad placitum. In spiritibus enim et in humoribus referuntur non solum imagines rerum. sed etiam similitudines sonorum et uocum. sicut ergo possunt angeli aere scindere et formare sibi uoces siue sonos sic possunt mouere spiritus et humores ubi referuntur similitudines sonorum siue uocum et facere tales similitudines apparere in organo fantastico. propter quod talis locutio simpliciter ad placitum. quia sicut ad placitum est quod uoces extra formate significant hoc uel illud: ita ad placitum est quod uoces imaginatiue uel quod similitudines uocum in imaginatione existentes hoc uel illud significant. apparet ergo quomodo locutio angelorum est naturalis et quomodo non et quomodo signa et per que loquuntur angeli sunt naturalia et que non. quia uerba intelligibilia et expressiones uerborum ad eorum formationem sunt signa ad placitum sed quod ad eorum representationem non sunt ad placitum. Immo est existentia talium signorum quod talia representent. descriptiones autem facte in exteriori corpore per applicationem uirtutis et uoces formate in exteriori aere et similitudines talium uocum apparentes in imaginatione sunt simpliciter ad placitum.

et quod ad formationem et quod ad representationem. Postquam declarauimus questionis ueritatem quomodo locutio angeli naturalis est et quomodo non propter argumenta ut dicebamus uolumus declarare si sit possibilis in huiusmodi signis processus in infinitum. et si possit circa talia signa accidere inductus. propter quod sciendum quod in uerbis intelligibilibus uel in ipsis intellectiois non est possibilis processus in infinitum. nam sicut species intelligibiles in angelo non sunt infinite ita nec intellectiois nec uerba intelligibilia possunt esse infinita nisi forte per replicationem. nam cum angelus conuertit se super aliqua specie et format inde intellectiois uel uerbi intelligibile. si postea desinat cogitare secundum illam speciem desinet sibi esse illa intellectio et illud uerbum intelligibile. et si rursus uelit supra eadem specie se conuertere iterum formabitur sibi huiusmodi uerbum et huiusmodi intellectus non eadem numero sed eadem specie. nam quorum substantia deperit non redeunt eadem in numero naturaliter loquendo. et quia uerbum illud et illa intellectio desinit esse quando desinit angelus cogitare si rursus uelit cogitare de eodem rursus ut dicebamus formabitur sibi eadem intellectio et idem uerbum. et quia semper potest desinere cogitare et semper potest iterum cogitare de eodem semper replicabitur sibi idem uerbum et eadem intellectio non numero ut diximus sed specie. per huiusmodi ergo replicationem uerba et intellectiois possunt sibi ire in infinitum: non quod uerba que sunt sibi actum formata sint infinita. nam cum angelus non fuerit ab eterno sed incepit esse uerba formata ab eo non poterunt esse infinita. sed dicimus quod secundum replicationem est sibi processus in infinitum: quia semper potest desinere cogitare de aliquo et semper potest redire ut cogitet de eodem. et iterum potest postea desinere cogitare et iterum postea desinere cogitare et iterum postea redire ut cogitet et hoc in infinitum. propter quod semper poterit replicare idem uerbum et hoc in infinitum. Sic ergo dicendum est quod de ipsis intellectiois et de uerbis intelligibilibus quod non semper possunt formari alia et alia uerba in infinitum sed semper possunt sibi replicari eadem uerba modo quo diximus in infinitum. sed de ipsis expressionibus uerborum siue de ipsis signis intelligibilibus per que angelus manifestat suas cogitationes et suos conceptus non uideamus nec rationem nec causam quin talia possint ire in infinitum. nam ut diximus huiusmodi signa diuersificantur secundum diuersas conuersiones angelorum. nam ut posuimus exemplum. si angelus intelligat per species uolatilium et conuertat se super huiusmodi specie ad cogitandum de uolatilibus generaliter. si uelit huiusmodi conceptum manifestare alteri angelo formabit in se expressionem illius conceptus representantem quod cogitat de talibus generaliter. Si uero super eandem speciem se conuertat ut cogitet de aliqua specie auium specialiter huiusmodi uerbum formabit expressionem aliam hoc etiam representantem. secundum igitur unam et eandem speciem sunt multe. Immo possunt esse infinite conuersiones. et quod cuiuslibet questionis respondet proprium signum et propria expressio nullum. uel inuentiones: si tales expressiones uadant in infinitum: et potissime quod per species que sunt angelis apud se possunt particularibus cogitare. quia ergo huiusmodi particularia possunt ire in infinitum et expressiones in infinitum sunt ut si angelus conuertat se super speciem quam habet ad cogitandum de hoc particulari homine et uelit huiusmodi conceptum alteri angelo manifestare formabit in eo quedam expressio que se replicabit hoc particulare. et si iterum per eandem speciem uelit cogitare de alio particulari homine formabitur

etiam in eo alia expressio representans proprie illud aliud particulare. et quia ut diximus particularia pos sunt ire in infinitum nullum videtur inconueniens ta- lta signa in infinitum ire. habent se enim hi<sup>9</sup> expressio- nes et hi<sup>9</sup> signa apud angelos sicut nomina se habent apud nos. sicut enim cuiuslibet particulari possumus im- ponere aliud et aliud nome<sup>9</sup> et hoc in infinitum sicut que- libet conceptum de re particulari. potest angelus ex- primere per aliam et aliam expressionem et hoc in in- finitum. qd non intelligendum est qd expressiones actu formare possint aliqui esse infinite. qz nec oia noia im- posita sunt uel esse possunt infinita. nam infinitu no dicit aliquid in facto esse sed in fieri. Sicut ergo con- tinuum potest diuidi in infinitum qd non possit ee actu diuisum in infinitum. sed qz semper potest diuidi sem- per diuidi et hoc in infinitum. sic nomina apud nos pos- sunt ire in infinitum. quia semper possumus imponere alia et alia nomina et hoc in infinitum. sic et expressio- nes conceptuum et signa intelligibilia apud angelos qz noia apud nos uadunt in infinitum qz semp possunt formare alia hi<sup>9</sup> signa semper alia et hoc in infinitum. differunt tamen representationes per nomina apud nos et representationes per expressiones conceptuum apud angelos: qz nomina apud nos sunt simpliciter ad placitum et qdum ad eorum formationem qz pro li- bito possum<sup>9</sup> ea formare ul no formare. et qdum ad eo- rum significationem et representationem quia hi<sup>9</sup> no- mina fm libitum nostrum sunt significatiua et repre- sentatiua rerum. sed expressiones in mensibus an- gelorum licet qdum ad earum formationem sint ad placitum qz possunt angeli hi<sup>9</sup> representationes for- mare quando uolunt suos reuelare concept<sup>9</sup>. uel no formare quando uolunt hi<sup>9</sup> conceptus occultare. re- presentationes tatiu expressionu no sunt ad placitum immo determinate talis expressio representat talem re: imo ipsa particularia qdumcuqz sint eiusdez speciei non habent easdem expressiones. et inde est qd in no- stris nominibus coincidunt multe equiuocationes. sz in illis expressionibus nulle equiuocationes sunt. sed semper alij et alij conuersioni responder alia et alia ex- pressio. Na licet angelus per eandem speciem possit cogitare de hoc homine particulari singulariter et de alio etiam particulari singulariter no tamen hoc erit per eandem conuersionem. sed prout se conuertit su- per illa specie hoc modo uel fm hanc conuersionem. sz intelligeret hoc particulare prout super eandem speci- em se conuertit alia conuersione intelliget aliud par- ticulare. et qz numerus expressionum non correspon- det numero specieruz sed numero conuersionu quot sunt hi conuersiones tot sunt ibi expressiones. attam- en inter ipas expressiones potest etia ee differentia maior et minor. naz plus differunt particularia diuer- sarum specierum ut hic homo et hic equus qd parti- cularia eiusdem speciei. ut qd duo particulares homi- nes. sic etia et in ipsis expressionib<sup>9</sup> plus differrent ex- pressionem representates particularia specierum di- uersarum qd representantes particularia eiusdem spe- cie. attamen expressiones ille qdumcuqz represen- tent particularia eiusdem speciei no erunt expressioes eedem per se et fm se representates representet aliud et aliud particulare. videmus etia simile qz licet mul- tum conueniant facies hominum aduicez nunq<sup>9</sup> tra- me reperunt oue facies oino similes. qd ergo in par- ticularibus eiusdem speciei inuenimus differentiam fm quantitate et materialiter in illis expressionibus erit differentia absq<sup>9</sup> quantitate. et in expressionibus

igitur si qdlibet particulare habet suam proprie ex- pressionem. oportet qd tales expressiones possint ire in infinitum. qd si alicui esset hoc ualde horribile. qd huiusmodi pcessus possint ire in infinitum. de leui pos- set vitare infinitate illa. Dicemus enim qd si angelus in- telligat per speciem generis uolantis erit aliqua ex- pressio qd representans conceptionem angeli. put cogit de omnibus uolantib<sup>9</sup> generaliter. et hoc qd ex- pressio non multiplicabitur. erit alia expressio repre- sentans conceptionem angeli prout per eandem spe- ciem conuertit se ad cogitandum de hac specie uola- ntis specialiter. et hec expressio multiplicabitur fm multiplicationem specieruz sub tali genere. uidelicet sub genere uolanti ppter qd tales expressiones non ibunt in infinitum. qz nec ipse species uolantium in in- finitum uadunt. sic et alia expressio representans hoc uolante particulare singulariter. et tales expressioes qui uellet sustinere non ibunt in infinitum. qz dicerem<sup>9</sup> qd hi<sup>9</sup> expressiones non multiplicatur fm numerum particularium sed fm numerum specierum. Si entz uolunt fugere pcessuz in infinitum. dicemus qd differt expressio per quas representat hec particularia aqua- la ab expressione per quam representat hec particu- laris uultur. cum ergo angelus uult representare di- uersa particularia diuersarum specierum. format ali- am et aliam expressionem. sed particularia eiusdem speciei representant per eandem expressionem con- iunctam expressioni aliorum et aliorum accidentium ut per vnam et eandem expressionem conuinctam ex- pressionem accidentium fortis representabit hunc par- ticularem hominem qui est fortis fm illam et eandem expressionem conuinctam expressioni accidentium platonis representabit hunc particularem hominem qui est plato. et si fm hunc modum uolumus saluare loquentes angelos. dicemus qd angeli non sunt tan- te uirtutis in representado qte sunt in intelligendo. qz in intelligendo intelligunt absq<sup>9</sup> compositione et di- uisione. sed in representado suos conceptus alijs fm hunc modum est tibi aliquis compositus modus. pa- tet ergo quid dicendum sit de processu in infinitum prout angelus loquitur fm expressiones intellectio- num. sed prout angelus loquitur applicando uirtute suam absq<sup>9</sup> transmutatione materie certu est qd illa si- gna uadunt in infinitum. nam cum figure uadant in in- finitum qz ipse potest fm qualibet figuram applicare uirtutem suam ad partem celi empyrei uel alterius corporis. ut quia potest applicare uirtutem suam ad partem huius corporis triangularem uel quadrangularem uel fm figuras alias que uadunt in infinitum oportet talia signa in infinitum ire. sic etiam cum lo- quitur transmutando exteriorem materiaz forman- do in aere exteriori uel faciendo apparere in organo fantastico siue in imaginatione similitudines uocuz. oportet qd et talia signa in infinitum uadat. quia infi- nitis modis potest uariari uox in aere formata et infi- nitis modis per consequens possunt uariari simili- tudines uocum. ¶ Ostendo autem quid dicendum sit de infinitate signoz. Restat ultimo declarare quo modo circa huiusmodi locutiones possit mendaci- um accidere. dicemus ergo prout angelus loquitur pure naturaliter fm qd cor eius est patens ipsi deo no potest tibi accidere mendacium qz oculus non decipit nec potest decipi in uidendo cor ipsius angeli. sed in omnibus alijs locutionibus qdum est de se potest tibi contingere mendacium. si autem tibi mendacium accidere non potest hoc non est fm se nec ratione sue

## De cogni. angelorū

nature. sed ratione gratie in qua est angelus cōstitat<sup>o</sup>. nam sufficit q̄ formatio signorum sit ad placitum ad hoc qd̄ ibi mendacium accidat. nam licet cōceptiones intellectus naturaliter representent sua signata z sint eedē apud oēs actū ex quo possum<sup>o</sup> in mēte nra formare pceptiones quas uolumus possumus fm̄ tales conceptiones mentiri: ut si formamus conceptiones non consonātes rebus ut insipiens in corde suo mentitus fuit. nam in corde suo non est deus. sic z in proposito licet cōceptiones in mentibus angelorum determinate representent sua signata z expressiones talium conceptionum determinate representent ipsas conceptiones. cū vnus angelus loquit̄ alteri nō mentitur quin talia cōcipiat qualia exprimit nec in hoc attendit mendacium. sed ibi potest esse mendacium qz ille expressiones z conceptiones nō sunt rebus cōsonę ut potest cōcipere se uelle z exprimere se uelle qd̄ nō uult qd̄ patet per simile in nobis. nunq̄ enim possumus mētiri quin talia pferamus qualia imaginamur. possum<sup>o</sup> enīz nō referre q̄ imaginamur. Sed si pferimus uoces exterius. opz q̄ p̄batio sit filis imaginatiōi qz nō potest esse exteri<sup>o</sup> uox. plata nisi p̄us silitudo ei<sup>o</sup> sit in imaginatiōe pcepta. hoc tñ non obstante imaginādo z loquēdo mētiri posset. qz possumus imaginari z loqui que nō sunt reb<sup>o</sup> cōsona. diximus ergo certū esse q̄ angeli celi nature sue nō p̄ ut sunt confirmati per gratias possunt alios decipere. possunt enim se dicere uelle que nō uolūt z possūt p̄nūciare esse que nō sūt qd̄ faciēdo mētiuntur. vñ z demones ut damascenus dicit in multis mētiuntur. utrū aut̄ possint decipi. z utrum possint mētiri nō solum ut demon loquitur alteri sed etiam ut loquit̄ sibi dici potest non esse inconueniens q̄ demon decipiat z q̄ mentiat ut loquit̄ sibi. nam qz nō habet uolūtātē ordinatā transgrediētes līmites nature sue z uult de aliis quibus iudicare z putat q̄ sic eueniet q̄ putando potest decipi z mentiri.

**Ad primum** dicendum q̄ ut patuit in questione precedenti nō est incōueniens q̄ angelus non possit loqui vno angelo quin loquat̄ alijs angelis. imo ut dicebat hoc est ex perfectione angeloz q̄ locutiones quas vn<sup>o</sup> recipit alius participat. uel si vn<sup>o</sup> p̄cipit locutionē quā ali<sup>o</sup> nō percipit hoc est ex perfectione eius. ut si loquēs sit ita de superiori ordine z loquatur per talia signa uel per tā pauca q̄ inferior nō possit per illa signa comprehendere ueritatē. ¶ Ad sc̄bz dicendū: q̄ locutio que est pure natura non est in potestate angeli. nam non posset angelus si uellet cor suū celare deo. alie autem locutiones prout sunt ad placitū sunt in potestate angeli. sed prout non sunt ad placitū non sunt in potestate. ut in potestate angeli est formare uerba intelligibilia. uel non formare uerba intelligibilia uel non formare expressiones illorum uerborum. uel non formare se possit<sup>o</sup> formata sunt uerba uel expressiones. oportet q̄ determinata uerba representēt determinata signata z determinate expressiones determinatas conceptiones. ¶ Ad tertiu<sup>o</sup> dicendū: q̄ exprimere intentionez est ex ipso intellectu z est ex ipsa uoluntate qz ipsa uoluntas mouet alias potentias ad actiones suas. ut ergo est ex ipso intellectu sic est quid naturale qz ea que sunt ex intellectu naturaliter representāt sua signata. sed ut est ex ipsa uoluntate sic est uoluntaria. ideo ut diximus formatio talium expressionum est uoluntaria sed representatio est naturalis. ¶ Ad quartum dicendū: q̄ bene arguit argumētū prout locu-

tio per quā loquit̄ angelus formando uerba z prout loquit̄ ad hunc finē ad manifestandū fm̄ indicia sue uoluntatis q̄ talis locutio est magis uoluntaria q̄ naturalis. qz in potestate angeli est loqui sic uel non loqui. nō tamen arguit argumentum q̄ nullo modo sit talis locutio naturalis. nam ut diximus formatio talium uerborū est uoluntaria. sed representatio est naturalis. ¶ Ad quintū dicendū: q̄ natura est determinata ad vnū. sicut z vna expressio vnū aliqd̄ p̄ncipaliter representat. sed q̄ uadāt tales representationes in infinitum hoc est quia z ipse expressiones in infinitum uadunt. nam uidemus nos in istis sensibilibus q̄ vnum particulare reponit per vnā formā in specie. attamen si infinituz multiplicaretur particularia oportet in infinitum multiplicari formas. ¶ Ad sextum dicendū: q̄ uoluntas est causa talium uerborū q̄tum ad formationem qz in uoluntate nra est formare hoc uerbum uel illud. uoluntas tñ non est causa q̄tum ad eorum representationem. non enim q̄libet uerbum loquēdo de uerbo mentali z de conceptione intellectu potest q̄libet representare. ¶ Ad septimū dicendū: q̄ patuit in solutione p̄ncipali quomodo talia signa sunt naturalia quomodo non. z quomodo circa ea possunt accidere mēdacia z quomodo non. ¶ Ad octauum dicendū: q̄ si signa illa essent ita naturalia. q̄ nullo modo essent uoluntaria non eēt fm̄ ea locutio que nō eēt in potestate angeli. posset tñ eē fm̄ ea locutio que non esset in potestate eius fm̄ quē modū loquitur cor angeli deo que latere non potest. attamē ut diximus signa per que loquitur angelus nō sunt omnino naturalia qz q̄tum ad eorū formationē semper sunt uoluntaria. ¶ Ad nonum dicendū: q̄ si mundus fuisset ab eterno fuissent particularia infinita z angelus potuisset de eis formare infinitas expressiones. sed p̄pter hoc nō arguit. q̄ tales expressiones z talia signa non sint aliquo modo naturalia: ut patuit in solutione quinti argumenti. ¶ Ad decimum dicendū: q̄ nō obstante q̄ talia signa sunt aliquo modo naturalia angelus potest se occultare z angelo z demoni. naz ut patuit angelus potest loqui formando intellectiones z uerba intelligibilia abiqz eo q̄ formet eorum expressiones z cū sic se habet sūt cogitationes eius occulte tam angelis alijs q̄ demonibus. ¶ Ad argumenta etiam in cōtrarium est respondendum z primo ad primū. nā cum dicitur q̄ cuz cōclusio assumitur minori dicit̄ debet q̄ multo magis assumi debet maiori. ut si maior est de contingenti z cōclusio erit de contingenti. ut si omne aial est cōtingenter albus z omnis homo de necessitate est aial sequitur q̄ omnis homo sit de necessitate albus. sed qz contingenter. ab utroqz enim trahit aliquid conclusio a maiori z a minori. sic z si uolumus hoc adaptare ad propositum z dicere q̄ in locutione uoluntas se habet q̄ maior que est p̄ncipalior causa z intellectus quasi minor. dicemus q̄ ab utroqz habebit aliquid ipsa locutio. naz a uoluntate habebit q̄ sit uoluntaria. q̄tum ad uerborum formationez ab intellectu qd̄ habebit q̄ sit naturalis q̄tum ad uerborum representationem. ¶ Ad sc̄dm dicendū: q̄ per in determinata fm̄ q̄ hī non est locutio. signa ergo per que loquitur angelus si sunt uoluntaria q̄tum ad formationē qñ formata sunt actu tā sūt determinata. q̄ si illa signa sunt nālia q̄tum ad representationem nō est dubitū q̄ dī qz fm̄ q̄ talia iam indeterminata. sed si hī signa sunt z uoluntaria non solum q̄tum ad formationē. sed q̄tum ad representationē. sicut p̄z

cū loquitur per virtutis applicationez. uel per materie transmutationē. tūc illa sunt determinata & representant aliquid determinate non ordine nature sed institutione uoluntatis. ¶ Ad tertium dicendum: q̄ loqui naturale & in generali uel s̄m aptitudinez. naturale est enim homini q̄ loquatur & q̄ sit apt' nat' ad loquendum. sed non est ei naturale in speciali ut non est ei naturale q̄ sic loquatur. nec est ei naturale s̄m actū & perfectionē ut circa p̄ncipium solutionis diximus. hoc etiā modo loqui est angelo naturale & etiam est hoc angelo magis naturale si bene consideratur iam dicta. ¶ Ad quintum dicendū: q̄ nāle est angelo q̄ intelligat. tamen q̄ intelligat hoc uel illud. hoc competit ei s̄m placitū & s̄m ordinē uoluntatis. sic etiā naturale est ei q̄ loquat' att' q̄ loquēdo formet hec v̄ba uel illa cōpetit ei s̄m libitū & s̄m ordinē uoluntatis. uel loqui & intelligere cōpetit ei s̄m aptitudinem. tamē q̄ s̄m actum & perfectionez intelligat hoc uel illud q̄ loquatur de hoc uel de illo cōpetit ei s̄m ordinē uoluntatis. solū enim seipsum angelus naturaliter intelligit. Qd' aut' intelligat alia & q̄ loquatur competit ei s̄m ordinē uoluntatis. alia autē duo argumenta q̄ angeli utroq; modo loquantur naturaliter ad placitum & q̄ sicut virtutes sunt a natura & a uoluntate sic locutiones angelorum possunt esse quodammodo a natura & quodammodo a uoluntate gratia conclusionis concedimus.

**Quarta decimo** querit. utrum angeli sup̄io res illuminent inferiores. & videtur q̄ nō. qz uel illuminaret eos de reb' inferiorib' ut de sensibilib' uel de superioribus ut de intelligibilib' & sensibilib' nō qz cū illa sint inferiora & sint oīno subiecta cognitioni angelice q̄tum ad illa non indigent illuminari. nec de intelligibilib' qz cū illa de se sint quedam lux q̄tum ad illa illuminari non indigent. ¶ s̄m scribitur in libro de causis q̄ intelligentie intelligūt s̄m modū substantie sue. ergo sicut loquimur de eorum esse & substantia. sic loquimur de eorum intelligere & operatione. Si vnus angelus non indiget alio ratione sui esse nec ratione sue substantie. ergo non indigebit vn' alio propter suum intelligere nec p̄pter suam operationem & per consequens vnus non illuminat alium. ¶ s̄m si vnus angelus alium illuminaret. uel hoc eēt qz vnus causaret lumen in alio uel qz confortaret lumen alterius. non autem hoc esse potest q̄ vn' causaret lumen in alio qz tunc angeli essent creatores. nam lumen illud qd' vnus causaret in alio non posset educi de potentia materie. esset ergo productum ex nihilo & per consequens esset productum via creationis & angelus posset creare. nec etiam hoc fieri potest q̄ vnus confortet lumen alterius qz tunc lumen alterius debilitaret & per consequens caderet sub tempore qd' est incōueniens. ¶ s̄m angelus s̄m se est quodam lumen qz ipse intellectus agens de se est qd' dam lumen. ergo multo magis angelus. sed si est qd' da lumen non indiget illuminari. ergo &c. ¶ s̄m si vnus angelus illuminaret alium uel hoc esset qz inferior illuminaret superiores. uel econuerso. nō qz inferior superiorē qz hoc nullus ponit. nec qz inferior superiorē qz magis lumen non illuminat minus sed obuerso. ¶ s̄m eēntia diuina semp est p̄sens angelis. nō ergo indiget agelli alia cōfirmatione luminis nec alia illuminatione. ¶ s̄m illuminari est qd' dam pati & quedam receptio luminis. sed vnus angelus non recipit lumen ab alio. qz uel reciperet lumen qd' habet uel qd'

non habet. non qd' habet. qz ut probatur in libro de anima semper recipiens debet esse denudatum a natura recepti. nec qd' habet. qz tunc vnus angelus causaret lumen in alio. & per consequens crearet. ¶ s̄m si vnus angelus illuminaret alium uel hoc esset lumine proprio uel alieno. non alieno qz non habet auctoritatem super alieno lumine. nec proprio: qz tūc perderet lumen suū. ¶ s̄m illud lumen per qd' angelus vn' illuminat alium uel est substantia uel accidens. nō substantia qz si vnus angelus cōmunicaret alteri substantiam suam deficeret eius s̄ba & defineret ille angelus esse. nec est h' lumen accidēs. qz si posset vnus angelus cōmunicare suū accidēs alij sequeret q̄ accidens se extenderet extra s̄bam. est enīz idem illuminare alium q̄ cōmunicare ei lumen suū. sed vnus angelus nec suā s̄bam nec suū accidēs pōt alteri cōmunicare. & &c. ¶ s̄m si angelus posset lumen alterius confortare posset in eo causare lumen. & per consequens posset creare. nam qui potest facere de calido magis caliduz potest creare calorem. ergo qui potest confortare lumen & potest facere de minus illuminato magis illuminatum potest causare lumen. ¶ s̄m si vnus angelus illuminat alium uel hoc est qz causat in eo sp̄m uel qz causat lumen uel qz confortat lumen. nō qz per sp̄m creat aliud lumen qz tunc angelus esset creator. ergo solum hoc est qz confortat lumen alteri'. s̄m confortatio luminis nō est facere nouū lumen: s̄m est facē p̄fecti' lumen. s̄m hoc ergo vn' angelus nō faceret aliqd' de nouo intelligere alium angelū sed solū faceret ipsuz perfectius intelligere. ¶ s̄m illuminatio est quidā motus qz est quedā reductio. sed mot' nisi sit uolētus nō est sine aliqua impressione. ergo si vn' angelus illuminat alium aliqd' impunit vn' angelus in alio. sed illud qd' impunit nō potest eū de potentia materie educi. ergo est per creationē. p̄ductū & ita angeli eēt creatores qd' est incōueniens. ¶ Incōtrariū est qz sic se h̄z in hierarchia inferiori ut in ecclesiastica q̄ vnus hō illuminat alium & hoc est p̄fectionis in tali hierarchia. ergo multo magis erit in sup̄iori hierarchia ut in angelica q̄ vn' illuminabit alium. ¶ s̄m dionys' in plurib' locis de angelica hierarchia uult q̄ angeli superiores purgant illuminant & perficiunt angelos inferiores. ergo &c.

**Respondeo** dicendū q̄ in hac questione sic procedemus q̄ primo recitabim' circa hāc differentiā dicta doctorū. Postea ostēdemus quot modis vn' hō pōt alium docere & illuminare. Tertio de hīs que sunt in nobis ascēdemus ad p̄siderandū aliqd' de angelis & de illuminatione angeloz. ¶ Propter p̄mū sciēdū q̄ in sciētia angeloz est tria p̄siderare. uidelicet sp̄m intelligibile. lumen intellectuale & cognitionē aggeneratā ex tali specie per tale lumen. Sic enim videm' in nobis ipsi q̄ in nobis est sp̄s intelligibilis & lumen intellectus agētis & cognitio aggenerata ex tali specie per tale lumen. Dicūt ergo quidā q̄ cū dicimus q̄ vn' angelus illuminat alium nō est hoc intelligēdū q̄ causat in eo sp̄m uel q̄ causat in eo lumen. qz tunc angeli essent creatores. sed hoc intelligēdum est: qz vnus confortat lumen alterius & confortando lumen eius facit eū cognoscere qd' p̄ius cognoscere nō poterat & per p̄ns cāt in eo cognitionē quandā. Sed eadē difficultas est quō vnus possit lumen alteri' confortare. & quō possit cognitionē in eo cāre. vñ nō declarat hic min' notū per maius notū. p̄pter qd' dī cōmuniter & assignat cōmuniter modus quō vn' angelus possit lumen alteri' confortare. Dicūt enim q̄ sicut corpora cōtinuant adūuicem s̄m situm siue s̄m

## De cogni. angel.

ordinem similem. sic substantie spirituales continuantur adinuicē per intuitū siue per intuitionem. propter quod cōmuniter ponit. qz sicut corpora se adinuicem cōfortant qz sunt adinuicem debito modo situata. uel qz sunt adinuicem cōnera z continua. qz vnus carbo ignitus confortat aliū. nam citius extinguunt carbones igniti si sint ab inuicē separati q̄ si sint ad inuicē coniuncti. sic z substantie spirituales coniuncte z continue adinuicē s̄m contutum se inuicem cōfortant: z potissime superiores confortant in lumine inferiores qz habent lumen fortius z efficacius. sed hoc uidet solum s̄m adaptatiōe dictū nec adaptatio uidet conueniens. nam qz corpora continuata s̄z situm se adinuicem confortēt. uel vnū cōfortet aliud hoc est qz vnus agit in aliud ut superiora corpora faciūt ad robur inferiorum qz agūt z influunt in inferiora. uel si corpora aliqua adinuicem se confortāt. hoc est qz disponūt exterius corpus ne contrariet eis. ut si carbones igniti adinuicem confortant se. hoc est qz calefaciunt aerem circundantem ipsos carbones ignitos qui calefactus non contrariat calori carbonum ignitorū. sed magis eos in calore conseruat. Si ergo vnus angelus confortaret lumen alterius s̄m hunc modū ut isti ponūt. tunc vnus angelus aliquid influeret z aliqd ageret in aliū sicut superiora aliqd influunt z aliqd agunt in inferiora. uel si hoc modo vnus angelus confortaret lumē alterius sicut superiorū corpa confortant z roborant inferiora. sed magis sicut carbones igniti se adinuicē confortant z roborant z tūc oporteret qz vnus angelus aliquid ageret in aliqua re exteriori aliq̄ depēderet confortatio luminis alterius angeli. sicut vnus carbo ignitus calefacit aerem existentem iuxta aliū carbonem ignitū quo calefacto magis confortat calor illi carbo igniti. neutrum autem istorum ponimus in angelis. non enim ponimus qz vnus angelus aliquid agat uel influat in aliū angelum. sicut corpora superiora influunt in inferiora. qz ut sepe diximus substantie spirituales ubi agūt z ubi influunt siue ubi operantur ibi sunt. Si ergo vnus angelus sic ageret z influeret in alium angelum esset vnus angelus in alio z illaberet ei. qd nullus dicit. Rursus nō potest esse h̄ cōfortatio sicut se confortant carbones igniti. uidelicet sicut vnus angelus aliquid operaretur in aliqua re exteriori a qua depēderet conseruatio luminis alterius angeli. nā hoc improbat in arguēdo per plura argumēta. nā si hoc esset lumen angeli caderet sub tempore. ideo enim carbo ignitus calefacit aerem conseruat calorem z confortat alterius carbonis igniti. qz calor carbonis igniti cadit sub tempore z debilitatur ex actione contrarij. inde est qz talis calor in aere calido conseruatur. in frigido uero debilitat z deficit. sed hoc esset ridiculum ponere qz lumen angeli caderet sub tempore z qz debilitaretur ex actione contrarij. ¶ **U**iso quid doctores dicit in hac materia uolumus enumerare modos quibus vnus homo potest alium docere ut ex h̄is que sunt in nobis possumus ascendere ad inuestigandum aliqua de angelis. possumus autem dicere qz vnus homo potest alium docere quadrupliciter. Primo indirecte imprimendo intelligibilem speciem. Secundo imprimendo lumen. Tertio formando propositiones. Quarto z ultimo confortando lumē eius. ¶ **P**rimo ergo vnus homo potest alium docere imprimendo indirecte in intellectu eius speciem intelligibilem. Dicimus autē indirecte. qz directe z immediate vnus homo non potest mouere intellectum alterius. potest autem ipsum mouere mediate z indirecte qz potest facere motū in sensu exteriori. in sensu autē exteriori moto mouet fantasia qua mota mediante lumine intellectus agentis fit motus z fit receptio in intellectu possibili. ut si quis nunq̄ uidisset corpus duodecim pentagonorum nec sciret quomodo tale corpus potest locari in sphaera uia geometra cum hoc mouit posset formare tale corpus sensibile z posset formare sphaerā z posset ostendere sensui exteriori alterius hominis quomodo tale corpus collocatur in sphaera. sensu autem exteriori hoc apprehendente fieret motus in fantasia. ita qz in ipsa fantasia formaretur fantasia z idoluz talis corporis. sic in sphaera collocabili. facto autē tali fantasia in fantasia mediante lumine intellectus agentis fieret similitudo z species talis corporis in intellectu possibili. z inciperet intellectus intelligere quomodo potest fieri tale corpus z quomodo potest collocari in sphaera qd prius non intelligebat. ergo modo potest vnus homo dicere z illuminare alium offerendo exteriori sensui aliquam nouam speciem z ex hoc modo fantasiam z ulterius ex motu fantasie faciendo qz recipiatur similitudo talis speciei in intellectu. ¶ **S**ecundo modo vnus potest docere aliū imprimendo in intellectu possibili lumen intellectus agentis non directe z immediate. sed indirecte. nam si ostensum est qz potest imprimere speciem offerendo exteriori sensui nouam speciem ostensuz est qz indirecte imprimat z lumen qz intellectus noster possibilis semper recipiendo speciem recipit lumen qz in intellectu agentis. sicut z iste aer sensibilis non recipit species colorum nisi recipiat lumen corporale. sicut dicit commentator super tertio de anima. immo maior est conuexio inter speciem intelligibilem z lumen intellectus agentis q̄ inter species coloris z lumen corporale. qz licet aer non possit recipere species colorum sine lumine qz color non potest mouere visum nisi s̄m actum lucidi siue s̄m aerem actu illuminatū. tamen lux potest mouere aere absqz specie coloris. indiget enim color luce ut aerem moueat sed nō lux colore. sed in intellectu possibili nō sic est. nam z species indiget lumine z lumen specie. licet non propter eandem causam. species enim intelligibilis non potest recipi in intellectu possibili sine lumine intellectus agentis immo: ut recipiatur species in intellectu possibili magis indiget lumine intellectus agentis q̄ indigeat species coloris lumine corporali ut recipiatur in aere: qz color est per se uisibilis. qz autem non possit mouere aerem uel elementum sine luce. hoc est qz imperfecte participat materiā inuisibilitatis. ideo speciem suam uisibilem non potest color imprimere uel generare in aere nisi aer sit actu lucidus z nisi sit actu dispositus per lucem. ideo color magis requirit lucem ut moueat aerem z visum ratione dispositionis materie q̄ ratione sui. sed fantasmata indigent lumine intellectus agentis ratione sui. qz cum sint hic z nunc z sint in uirtute organica materiali non participant aliud de actu intelligibilitatis. sed solum sunt intelligibilia in potentia. sed colores participant aliquid de actu uisibilitatis sed participant illud imperfecte. ideo nō possunt agere nisi in materiā ualde dispositā. ppter qd nō mouēt aerē nisi dispositū z actu lucidū. si ergo colores qui de se participant aliquid de actu uisibilitatis nō possunt mouere aerē absqz luce z spēs que sunt similitudines colorū nō possunt recipi in aere sine lumine corporali. multo magis fantasmata

uere intellectum alterius. potest autem ipsum mouere mediate z indirecte qz potest facere motū in sensu exteriori. in sensu autē exteriori moto mouet fantasia qua mota mediante lumine intellectus agentis fit motus z fit receptio in intellectu possibili. ut si quis nunq̄ uidisset corpus duodecim pentagonorum nec sciret quomodo tale corpus potest locari in sphaera uia geometra cum hoc mouit posset formare tale corpus sensibile z posset formare sphaerā z posset ostendere sensui exteriori alterius hominis quomodo tale corpus collocatur in sphaera. sensu autem exteriori hoc apprehendente fieret motus in fantasia. ita qz in ipsa fantasia formaretur fantasia z idoluz talis corporis. sic in sphaera collocabili. facto autē tali fantasia in fantasia mediante lumine intellectus agentis fieret similitudo z species talis corporis in intellectu possibili. z inciperet intellectus intelligere quomodo potest fieri tale corpus z quomodo potest collocari in sphaera qd prius non intelligebat. ergo modo potest vnus homo dicere z illuminare alium offerendo exteriori sensui aliquam nouam speciem z ex hoc modo fantasiam z ulterius ex motu fantasie faciendo qz recipiatur similitudo talis speciei in intellectu. ¶ **S**ecundo modo vnus potest docere aliū imprimendo in intellectu possibili lumen intellectus agentis non directe z immediate. sed indirecte. nam si ostensum est qz potest imprimere speciem offerendo exteriori sensui nouam speciem ostensuz est qz indirecte imprimat z lumen qz intellectus noster possibilis semper recipiendo speciem recipit lumen qz in intellectu agentis. sicut z iste aer sensibilis non recipit species colorum nisi recipiat lumen corporale. sicut dicit commentator super tertio de anima. immo maior est conuexio inter speciem intelligibilem z lumen intellectus agentis q̄ inter species coloris z lumen corporale. qz licet aer non possit recipere species colorum sine lumine qz color non potest mouere visum nisi s̄m actum lucidi siue s̄m aerem actu illuminatū. tamen lux potest mouere aere absqz specie coloris. indiget enim color luce ut aerem moueat sed nō lux colore. sed in intellectu possibili nō sic est. nam z species indiget lumine z lumen specie. licet non propter eandem causam. species enim intelligibilis non potest recipi in intellectu possibili sine lumine intellectus agentis immo: ut recipiatur species in intellectu possibili magis indiget lumine intellectus agentis q̄ indigeat species coloris lumine corporali ut recipiatur in aere: qz color est per se uisibilis. qz autem non possit mouere aerem uel elementum sine luce. hoc est qz imperfecte participat materiā inuisibilitatis. ideo speciem suam uisibilem non potest color imprimere uel generare in aere nisi aer sit actu lucidus z nisi sit actu dispositus per lucem. ideo color magis requirit lucem ut moueat aerem z visum ratione dispositionis materie q̄ ratione sui. sed fantasmata indigent lumine intellectus agentis ratione sui. qz cum sint hic z nunc z sint in uirtute organica materiali non participant aliud de actu intelligibilitatis. sed solum sunt intelligibilia in potentia. sed colores participant aliquid de actu uisibilitatis sed participant illud imperfecte. ideo nō possunt agere nisi in materiā ualde dispositā. ppter qd nō mouēt aerē nisi dispositū z actu lucidū. si ergo colores qui de se participant aliquid de actu uisibilitatis nō possunt mouere aerē absqz luce z spēs que sunt similitudines colorū nō possunt recipi in aere sine lumine corporali. multo magis fantasmata

que nihil participant de actu intelligibilitatis non poterunt mouere intellectum possibilem absque lumine intellectus agentis. species igitur intelligibiles que sunt similitudines que a fantasmatibus deriuantur non poterunt recipi in intellectu possibili absque lumine intellectus agentis. Sic etiam lumen intellectus agentis non potest recipi in intellectu possibili absque specie intelligibili. nam in anima que sunt magis coniuncta et proxima secundum naturam sunt magis distantia secundum cognitionem. ut anima que secundum naturam est sibi proxima ultimo se cognoscit. quia primo cognoscit objecta. deinde actus: postea potentias: et ultimo se. ita et lumen intellectus agentis sicut secundum naturam sit coniunctum intellectui possibili. quia ille que potest videlicet intellectus agentis et possibilis in eadem substantia anime. radicans tamen secundum receptionem: per quas receptionem intellectus possibilis cognoscit quodammodo remotus est ut tale lumen recipiat. in intellectu possibili quod species intelligibilis. nam cum iste sit modus cognitionis anime nostre quia non cognoscit nisi recipiendo: sicut anima nostra non cognoscit ea que sunt in se nisi cognoscendo alia. ita intellectus possibilis non recipit ea que sunt in anima nisi recipiendo species aliorum. Lumen ergo intellectus agentis quod est in ipsa anima non recipitur in intellectu possibili nisi mediante speciebus aliarum rerum. Species ergo intelligibiles ut recipiantur in intellectu possibili indigent lumine intellectus agentis ratione fantasmatum a quibus deriuantur que sunt intelligibilia et in potentia et que sine tali lumine non possunt mouere intellectum possibilem. lumen et intellectus agentis ut recipiatur in intellectu possibili indiget speciebus intelligibilibus: sed hoc propter aliam causam. propter. scilicet modum cognoscendi nostrum: ut quia alia prius est apta nata cognoscere alia quam se. et etiam oportet quod intellectus possibilis qui est potentia cognitiua anime prius sit aptus natus recipere species aliorum ab anima quam ea que sunt in anima. species itaque intelligibilis et lumen intellectus agentis prout comparantur ad receptionem intellectus possibilis sic se habent quod vnum sine alio recipi non possit. quare sic mutuo recipiuntur species intelligibilis et lumen intellectus agentis in intellectu possibili qui potest agere aliquid: quo actu recipitur species in intellectu possibili. dicitur agere aliquid: quo actu recipitur lumen intellectus agentis. utroque modo dicitur vnus homo alium illuminare et docere. uel quod aliquid agit et causat quod intellectus eius possibilis recipiat species intelligibilis. et etiam quod agit et causat quod recipiatur sibi lumen intellectus agentis. Tertio modo dicitur vnus homo alium docere formando ipsas propositiones. nam dato quod quis haberet omnes species intelligibiles apud se. non propter hoc sciret omnes propositiones que possent formari ex compositione talium specierum. nec etiam ex hoc sciret omnes debitas combinationes secundum quas possent combinari huiusmodi species. sicut quis sciret omnes litteras alphabeti nec sciret propter hoc eas debito modo combinare: nec propter hoc sciret omnia uocabula debita que possent formari ex combinatione talium litterarum. Imaginabimus enim quod species in intellectu possibili se habent sicut membra animalis diuisa ut imaginabatur Empedocles. hoc modo. ergo vnus docet alium sicut natura formabat animalia apud Empedocles. Natura enim siue amicitia apud ipsum formabat animalia coniungendo adinuite membra animalis. quando ergo bene coniungebat membra leonis cum proprio corpore saluabatur anima. qua

do deo male coniungebat: ut quia coniungebat caput leonis cum corpore bouis: tale animal sic formatum saluari non poterat. sic apud intellectum nostrum ut supra tetigimus species diuerse sunt. quando ergo bene coniungimus eas formamus propositiones ueras: et ex illis propositionibus ueris possumus inuestigare ueritates rerum. et sicut quislibet apud seipsum potest species quas habet apud intellectum suum ordinate componere et hoc modo seipsum docere in cognitione ueritatis: sic potest vnus homo alium docere formando propositiones et ordinate proponendo propositiones formatas. nam ea que sunt in uoce sunt signa eorum que sunt in anima. sicut ergo magister ordinate proponit discipulo uerba exteriora componendo ea et formando inde debitas propositiones: sic discipulus eo modo quo proponuntur uerba a magistro et formatur ei propositiones: sic in intellectu suo componit species intelligibiles et format inde debitas propositiones quasi informando illuminatur et docetur et ducitur in cognitione ueritatis: sicut amicitia apud Empedocles. aliquis do male formabat animal quia male coniungebat membra animalis: quia forte coniungebat caput cerui cum collo sumie: uel animal formabat forte male quia non solum non debite coniungebat membra. sed etiam quia ea non debito modo ordinabat: ut forte quia ponebat caput ubi debebat stare cauda et e conuerso. sic et in proposito magister male docet quia non debite format propositiones: ut si non debite coniungat uerba: uel si non ordinate proponat ea. sed si debito modo formet propositiones et coniungat debito modo uerba et ordinate proponat ea tunc bene docet. est ergo hic tertius modus docendi alium debito modo formare propositiones et debito ordine proponere propositiones formatas. Quarto modo vnus homo docet alium conforando et forficando suum lumen intellectualem. nam magistro credere non est scire immo est uenenum scientie. propter quod in secundo metaphisice ubi enumerantur impedimenta scientie inter alia impedimenta potissime ponitur hoc esse impedimentum credere testimonio famosorum. si enim quis credat se scire aliquid quia aliquis famosus dicit illud nescit et ignorat illud. scire enim est causam cognoscere. hoc ergo modo discipulus a magistro docetur de aliqua re: ut puta de eclipsi uel de aliquo alio si illam eandem causam quam magister nouit quare sit eclipsis nesciat et discipulus. Quis ergo sit duplex modus sciendi. vnus inueniendo causam: et alius inuentam causam addiscere. iste duplex modus est in acquirenda scientia. quia omnis scientia acquirendo uel inueniendo uel addiscendo. ergo si loquimur de scientia prout est in acquiri est duplex modus acquirendi ipsam. sed si loquimur de scientia in adquisito esse non est nisi vnus modus habendi eam. scilicet scire causam. et quoniam illius est causa et cum non contingit aliter se habere ex quo oritur dubitatio ex cuius solutione dependet tota ueritas questionis. nam si inuenire et addiscere est eodem modo habere scientiam: quia est cognoscere causam. nam nescit inueniens nisi cognoscat causam: nec scit addiscens nisi causam cognouerit. si ergo sic est dubitabit aliquis quare difficultus scit scientiam inuenire quam scientiam inuentam addiscere. Est ergo diligenter aduertendum quod licet per vnam eandem causam per quam nouit inueniens nouerit et addiscens. multo tamen difficultus est habere scientiam inueniendo quam addiscendo: quia inueniens habet intellectum sparsum et diuisum: addiscens intellectum habet determinatum et vnicum. et quia uirtus vn-

## De cogni. angelorum

ta fortior est seipsa dispersa: ideo ceteris partibus factius est habere scientiam addiscendo quam inueniendo. ubi gratia. nam in naturalibus ex effectibus deuenimus in cognitionem cause: et ex admirari incipimus philosophari: ut puta si videmus effectum aliquem et ignoramus causam admiramur et cogitamus quomodo possumus causam inuenire ut quando videmus eclipsim lune et admiramur causam admiramur et cogitamus que possit esse causa quod luna eclipsetur. In hac autem cogitatione habemus sparsum et diuisum: et cogitamus hinc inde quod possumus eam inuenire. Quod autem in inuentione talis cause sit intellectus noster sparsus et diuisus: patet in hijs qui assignauerunt causam eclipsis lune. nam aliqui assignauerunt causam eclipsis lune eius conversionem: aliqui eius extinctionem. aliqui autem assignauerunt causam ueram. videlicet terre interpositionem. dixerunt enim quidam lunam eclipsari propter conuersionem ponentes medietatem lune esse naturaliter tenebrosam et aliam medietatem naturaliter lucidam. ideo ut dicebant quando luna se peruertit et ostendit nobis partem suam tenebrosam videtur nobis quod luna eclipsetur: propter que secundum istos nihil est aliud eclipsatio lune quam eius conuersio. alij autem assignauerunt causam eclipsis lune eius extinctionem. imaginabantur enim quod luna esset quidam lapis ardens uel quidam globus accensus. ideo crediderunt quod ibi in celestibus flaret aliquando fortis uentus qui extingueret lunam. uel forte imaginabantur quod aliqua pars celi esset nimis humida: et ideo luna quando transibat per partes illas humidam extinguebatur et eclipsabatur. uel tertio poterat hoc imaginari quod luna extingueretur non ex uento flante nec ex humido uinctuoso deficiente. uidetur enim humidum aqueum extingui humidum uinctuosum lumen fouere. si ergo sic loqueres de luna imaginabantur ipsam esse aliquod lumen igneum. hijs tribus modis poterant cogitare tale lumen extingui uel a uento flante uel ex humido aqueo corrumpente: uel ex humido uinctuoso deficiente. Aliqui autem causas eclipsis lune assignauerunt. causam uidelicet interpositionem terre. Ex hijs ergo apparet quomodo uidentur hunc effectum qui est eclipsis lune: et uolentes inuenire causam quando habuerunt intellectum ualde sparsum et diuisum: quod retulerunt hunc effectum in uariis causis: quod aliqui retulerunt prelatum effectum in lune conuersionem. aliqui in extinctionem a uento flante. aliqui in eius extinctionem ab humido aqueo corrupte et sic de reliquis causis. Rursus hinc omnes hee cause sunt fantastice preter interpositionem terre: attamen has causas fantasticas assignantes non statim inuenerunt eas. immo eorum intellectus in diuersa et uaria sequebatur antequam possent tales causas inuenire. habens ergo scientiam inueniendo nimis habet intellectum sparsum et diuisum. sed habens scientiam addiscendo: quod proponitur ei determinatus effectus et illi effectus assignatur determinata causa non spargitur intellectus eius: sed modo unico fertur in talem effectum utrum possit procedere ex tali causa. et quod ut dicimus uirtus unita fortior est seipsa dispersa ut potest haberi ex decima septima propositione de causis. etiam in intellectus grossus quod unitus facilius possit habere scientiam addiscendo quam intellectus subtilis. quod sparsus possit habere scientiam inueniendo. hoc ergo quarto modo unus homo docet et illuminat alium determinando et uniendo intellectum eius proponendo ei determinatum effectum et determinatam causam ne intellectus eius diuidatur et spargatur ad considerandum

uarias causas: et quod determinare et unire aliquid hoc est ipsum confortare et fortificare: sic docens alium et illuminans ipsum dicitur illuminare intellectum eius et lumen eius intellectualem confortando et fortificando. immo si bene consideramus iste est potissimum modus docendi confortare intellectum et intellectualem lumen uniendo et determinando ipsum proponendo ei determinatum effectum et determinatam causam ne debilitetur: et ne sparsum feratur in considerationem uariarum causarum uel uariorum effectuum. Nam si cut unum effectum aliquando referimus in uariis causis: sic et unam causam referre possumus in uarios effectus. unus ergo potissimus modus docendi et illuminandi alium est sic unire et determinare intellectum et intellectualem lumen alicuius et uniendo et determinando confortare et fortificare ipsum. nam et tertius modus docendi et illuminandi qui erat debitas propositiones formare et formatas ordinare et proponere ad hunc quartum modum reducit. Nam intellectus hominis si habeat species intelligibiles apud se et nolit eas debito modo componere et inde propositiones formare et propositiones formatas ordinare statuere sollicitabitur et sparsim feretur aliquid cum quo componat et qualiter propositiones formet et qualiter propositiones formatas ordinet. Sed si alie debite propositiones formantur et formate ordinate et ordinantur: non spargitur intellectus eius sed unitiue feretur in propositiones propositas utrum sint bene formate et ordinate: propter quod facilius iudicabit de eis. sic etiam qui bene uellet subtiliter inuestigare primum etiam et tertium modum docendi ad hunc quartum modum reduceret. hic ergo est potissimus docendi modus unire et determinare lumen intellectualem ne sparsim feratur: et ex hoc confortare et fortificare ipsum. ¶ Dabitur quot modis unus homo potest alium docere et illuminare: ex hijs poterimus ascendere ad inuestigandum aliquid de illuminatione angelorum. Nam ex hijs que sunt in intellectu nostro apti nati sumus ad inuestiganda ea que sunt in substantijs separatis. unde et Augustinus. 9. de trinitate. cap. 3. ait. quod anima cognoscit corpore per corporis sensum: incorporea per seipsam. et comitator in 3. de anima dicit quod si ignorata esset natura intellectus possibilis ignoratus esset numerus substantiarum separatarum quod non est intelligendum de numero qui est species quantitatis qui causatur ex diuisione continui: quod talis numerus non est in substantijs separatis. sed intelligendum est de numero essentiali qui est multitudo ex unitatibus que conuertuntur cum ente. si ergo ipse numerus essentialis in angelis potest inuestigare a nobis ex natura intellectus possibilis: consequens est quod et ipse operationes angelorum secundum modum nobis possibilem apti nati sumus inuestigare per ea que uidemus in intellectu nostro. cum ergo unus homo ut ostensum est possit alius quadrupliciter docere et illuminare. uidentur est quis illorum duorum modorum possit ad angelos adaptari. constat autem quod primus modus qui est per impressiones speciei ut potest angelis competere cum intelligant per species innatas et nullam possint de nouo species recipere. Secundus etiam modus qui est per impressionem luminis ex eo quod simul cum ipse sit oportet impium lumen: nec potest angelis competere: quod sicut non recipiunt species ab extra: ita nec lumen eis imprimatur per impressionem speciei. Tertius etiam modus qui est formando propositiones et propositiones formatas ordinando: non potest etiam angelis competere: quod non



intelligūt componendo et diuidendo: statim enim cum angelus conuertit se sub specie intelligibili intelligit naturam representatam per huiusmodi speciem et intelligit ea quibus est coniuncta illa natura. Restat ergo videre de quarto modo utrum possit vnus angelus alium docere et illuminare determinando et vniedo intellectum eius: et ex tali vnione et determinatione conformando et fortificando intellectum eius siue lumen intellectuale ipsius. propter quod sciendum est solus deus habet per omnem modum perfectam cognitionem de rebus. nos autem quia perfectam cognitionem non habemus de rebus non statim in causa cognoscimus effectum nec econuerso. ideo ne sparsim feramur fortificatur intellectus noster si determinate proponatur ei effectus et causa: ita et angelus deficit ab omnimoda perfecta cognitione ita quod non statim in causa et potissime in causa prima cognoscit omnem effectum. et quando determinate proponitur ei aliquis effectus: tunc illum eundem effectum quod non poterat videre in huiusmodi causa incipit ipsius videre in ea quia determinatus est intellectus eius quia est vnitus: et ex hoc est confortatus et fortificatus. et ut magis descendamus ad propositum dicamus quod illuminatio angelorum est de eis que relucet in deo potest ibi comprehendere superior angelus quia perspicacior. non autem inferior: quia minus perspicax est. Dicemus ergo quod quilibet angelus videat totum deum. nullus tamen videt ipsum totaliter ita quod nullus comprehendit ipsum. sed sicut videt eum magis uel minus de lumine glorie plura uel pauciora possunt ibi cognoscere. omnia enim ibi relucet sed non omnia ibi relucet quilibet comprehendit. angeli ergo superiores quia plus habent de lumine glorie aliqua vident ibi relucere et aliqua futura ibi cognoscunt que non possunt ibi cognoscere inferiores. propter quod angeli superiores in ipso deo videntes illa futura dicuntur a deo immediate illuminari: et quia de illis futuris angeli superiores docent inferiores ideo dicuntur eos illuminare. hec ergo illuminatio hoc modo contingit. nam angelus superior videns aliqua futura in deo que non potest ibi videre angelus inferior illa futura determinate proponit ipsi angelo inferiori. angelus autem inferior ferens intellectum suum determinate in illa futura ex hoc confortatur et vnitur suus intellectus et suum intellectuale quod lumen confortatur incipit in ipso deo videre illa futura que prius ibi videre non poterat. huiusmodi ergo illuminatio ut quod vnus angelus illuminet alium nihil est nisi quia determinat intellectum illius angeli proponendo sibi determinatos effectus qui relucet in ipso deo: tunc ille angelus quia determinate fertur in certum aliquid: ex hoc congregatur magis et vnitur lumen suum ut possit illos effectus in deo videre. uere ergo vnus angelus illuminat alium quia facit ipsum aliquos effectus videre et cognoscere quos prius videre non poterat. possumus autem ponere sensibile exemplum. nam in hoc principio vniuersali quod est de quolibet affirmatio relucet omnes conclusiones. quia nulla est conclusio que non inuenitur huic principio. et hoc principium quilibet homo et quilibet uetula potest scire totum et scire totum. nullus tamen homo potest ipsum scire totaliter: quia nullus potest scire omnes conclusiones que relucet in hoc principio uel que possunt concludi per hoc principium. attamen sicut vnus homo est magis uel minus perspicax sicut intellectum plura uel pauciora videt in illo principio. quis ergo homo subtilis videt aliquam conclusionem in predicto principio quam non

potest ibi videre vnus ebes. si ergo perspicax uellet docere ebetem non plus faceret nisi quod simul cum illo principio proponeret ei determinate conclusionem illam tunc ille ebes qui prius considerans de tali principio et habens intellectum suum sparsum ad ea que possent ex illo principio elici: ideo non poterat illam conclusionem videre in illo principio quia uerissime ibi relucet et uerissime posset concludi talis conclusio ex tali principio. sed quando iam determinate proponitur homini ebeto et grosso: huiusmodi conclusio tunc intellectus eius: quia vnite et determinate fertur in conclusionem illam: et tunc lumen suum intellectuale iam determinatum vnictum ad cognoscendum vnus aliquid fortificatur ex hoc et incipit illam conclusionem videre in illo principio quam prius non videbat: quod quilibet experitur in seipso: quod si cognoscit effectum et uult cognoscere causam quod spargitur intellectus eius cogitando nunc de hoc nunc de illo ut possit causam inuenire. sed si proponat ei determinata causa respectu istius effectus: tunc quia intellectus eius non fertur in aliquid vnus determinate ut in illam causam vnus positam facile est sibi videre si ille effectus continetur in illa causa uel non. eodem etiam modo si quis sciret causam et uellet inuestigare effectus. uel si sciret principium aliquod et uellet inuestigare conclusiones que sequuntur ex illo principio spargeretur intellectus eius cogitando nunc de hoc nunc de illo ut videret quod posset ex illo principio elicere qui intellectus sparsus et debilitatus forte nihil sciret ex tali principio elicere et concludere. sed si proponeret ei determinata conclusio leue esset cognoscere utrum illa conclusio contineretur in illo principio. hoc ergo modo vnus homo docet alium proponendo sibi determinatam conclusionem et determinatum principium: in quo principio incipit ille qui docetur videre conclusionem illam quam videbat suus doctor. addiscere ergo ut diximus non est credere doctori: sed est videre conclusionem in illo eodem principio et effectum in illa eadem causa in qua videt suus doctor. sic et in proposito angeli superiores illuminat inferiores: quia proponendo eis determinatos effectus in illo eodem principio ut in ipso deo ubi uerissime relucet effectus illi faciunt illos ibi videre huiusmodi effectus quos prius videre non poterant. crederent enim quidam quod hoc modo superiores illuminarent inferiores quod denunciant eis aliqua que ipsi ignorarent non quod illa denunciata ipsi inferiores viderent in deo: sed superiores sicut ipsos illa vident in deo. inferiores vero illa accipiunt a superioribus. et ideo sicut istos superiores angeli illuminantur a deo. inferiores vero a superioribus. sed hoc stare non potest. nam oportet quod et ipsi inferiores cum illuminantur a superioribus vident in ipso deo illa eadem que vident superiores. nam ut diximus addiscere non est credere doctori sed est videre in causa: et in illa eadem causa in qua videt doctor. Si ergo angeli superiores inferiores illuminarent de aliquibus effectibus et illos effectus non viderent inferiores in deo: tunc superiores non docerent inferiores: nisi quia inferiores eis crederent: non quod viderent in ipso deo et in ipsa causa illos eosdem effectus quos superiores vident. Rursum hoc etiam stare non potest: quia illuminatio in angelis est de aliquibus futuris contingentibus pertinentibus ad ordinem gratie. talia autem futura cum sint contingentia in nulla causa sunt determinata nisi in solo deo: sicut quos non vident talia futura angeli inferiores in ipso deo nesciunt ea: sed poterunt credere uel opinari ea futura esse

## De cogni. angel.

Illuminatio ergo patrie fm hoc non esset apta & clara nec fm scientiam: sed solum fm credulitatem: quod cum sit inconueniens ponere oportet nos docere quod in ipso deo inferiores angeli videant illa eadem de quibus illuminantur a superioribus: quod omnino consonat uerbis Dionysij. 7. cap. cel. hierar. ubi uult quod purgatio & perfectio & illuminatio in angelis est diuine scientie assumptio. illa ergo eadem que sunt determinata in diuina scientia & in ipso deo incipiunt videre inferiores illuminati a superioribus. illuminatio ergo est acceptio diuine scientie: quod est acceptio scientie in ipso deo. hoc etiam concordat communi modo loquendi: quod illuminatio ut communiter ponitur est quidam motus & quedam reductio in deum. superiores ergo illuminant inferiores quod reducant ipsos in deum faciendo sibi eos aliquos effectus cognoscere quos prius non cognoscebant. sicut ergo uere unus homo docet alium proponendo ei aliquos effectus & faciendo ipsum cognoscere illos effectus in illa eadem causa in qua ipse cognoscit. sic uere angelus superior docet & illuminat inferiorem faciendo ipsum cognoscere aliquos effectus in ipso deo in quo ipse cognoscit. ex quo patet quod illuminare est idem quod confortare lumen: & confortare lumen est idem quod habere lumen uisire & determinare quod quomodo unus angelus uisitat & determinat lumen alterius est per habita manifestum. multo enim requiritur efficacius lumen quod possit videre aliquos effectus in causa absque eo quod determinate proponatur ei illi effectus. & sufficit multo debilius lumen ad videndum aliquos effectus in causa si determinate proponantur effectus illi. unde possemus dicere quod homines subtiles immediate illuminantur ab ipsis causis: quod in ipsis causis per se ipsos uident effectus. grossi autem illuminantur per subtiles: quod grossi per se ipsos non possunt effectus videre in suis causis: sed reducantur homines grossi in causas per subtiles proponendo determinatos effectus & determinatas causas incipiunt illos effectus per habita propositionem factam a subtilibus videre in illis causis quos non uidebant. sic etiam in proposito angeli superiores propter nimiam perpicaciam lumen glorie dicuntur illuminari immediate ab ipso deo: quod ipsi per lumen quod habent uident multos effectus futuros in ipso deo quos angeli inferiores. & per lumen quod habent debilius videre non possunt. angeli ergo inferiores illuminantur per superiores & reducantur in deum per eos: quod superiores angeli proponendo eis effectus illos quos ipsi uident in deo talibus effectibus sic propositis fortificatur eorum lumen eo quod non fertur in uaria: sed fertur solum in illos effectus ut ex hoc incipiant uideri in deo tales effectus: per auxilium superiorum angelorum quos sibi prius uideri non poterant. Si ergo auxilio superiorum angelorum ad ipsi discuntur diuinam scientiam & incipiunt aliqua scire & uideri in deo que prius non uidebant: merito debent dici illuminati a superioribus angelis. posset autem deus si uellet quemlibet angelum immediate illuminare. & posset si uellet non uti auxilio superiorum angelorum ad illuminandum inferiores angelos. sed ipse uult ordinatissime agere & ideo uult inferiores siue inferiores angelos reducere in seipsum per superiores. nam superiores angeli sunt medij inter inferiores & deum. & lex diuinitatis est fm deo inferi ora in supra per media reducere. quod ergo deus sic agit & hanc legem seruat non est ex sui indigentia: quia posset preter hanc legem facere. sed hoc est ex benignitate sua qui uult dignitatem suam communicare cre-

aturis ut non sint ociose sed ut habeant actionem aliquam in sua inferiora. angeli ergo superiores aliquam actionem habent erga inferiores quod eos illuminant & reducant eos in deum: quod faciendo sunt coadiutores dei quod non puenit ex indigentia dei sed ex benignitate eius.

**Ad primū** dicendum quod angeli superiores possunt illuminare inferiores de istis inferioribus ut de pertinentibus ad ecclesiam militantem. circa enim ipsos homines existentes in ecclesia militantem multa sunt contingentia que sunt ignota ipsis angelis que ipsi angeli superiores fm diuinum beneplacitum uident in deo & de hoc illuminant ipsos inferiores docendo eos. angeli ergo superiores possunt illuminare inferiores de istis inferioribus siue de pertinentibus ad hanc ecclesiam militantem & illuminando eos de istis inferioribus illuminant eos etiam de superioribus. quod hoc patet eis diuina subordinatio & patet eis multiformis sapientia dei que sic ordinatissime omnia operatur. Ad formam autem arguendi dicitur quod angeli uident plene omnia ista inferiora. dicitur debet quod uerum est que sunt presentia sed non plene uident omnia que sunt futura. immo de eis illuminantur superiores immediate ab ipso deo. inferiores autem a superioribus. Quod autem arguitur quod non possunt inferiores angeli illuminari a superioribus de rebus superius: quod ille sunt lux. dicitur debet quod diuina sapientia quedam lux est. attamen habet lucem nullus angelorum comprehendit: sed in habet luce superiores plura uident quod inferiores de quibus possunt inferiores illuminare.

**Ad secundum** dicendum quod operatio sit per modum substantie: quod quilibet res agit ut est in actu & ut habet esse. tamen a pluribus dependet ipsa operatio quod ipsa substantia. unde non ualeat si potest faber esse sine martello quod possit operari sine ipso. nec ualeat si discipulus potest esse sine magistro quod possit sillogizare & agere opera artis sine eo. igitur ergo quilibet homo intelligat fm modum intelligentie sue: uel fm modum sui intellectus: operatio tamen eius intelligibilis potest dependere & dependet a pluribus quod intellectus eius. sic & in proposito indigent inferiores superioriibus ad hoc quod possunt aliqua intelligere. non tamen indigent eis ad hoc quod possint esse. uel possumus dicere quod cum dicitur in libro de causis quod intelligentia intelligit fm modum substantie sue. intelligendum est de sua cognitione naturali. sed illuminatio de qua hic loquimur attendenda est fm cognitionem supernaturalem quam habent angeli in deo in quem reducantur inferiores per superiores.

**Ad tertium** dicendum quod superiores non illuminant inferiores quod causent lumen in ipsis: sed quod confortant & fortificant eorum lumen: non quod lumen eorum debilitetur & cadat sub tempore sed sit talis fortificatio ex eo quod superiores quodammodo uisunt & determinant lumen inferiorum proponendo eis determinatos effectus ut est per habita manifestum.

**Ad quartum** dicendum quod quilibet angelus de se est quoddam lumen. tamen inter lumen & lumen est differentia. quod stella a stella differt claritate. prout ergo unus angelus habet perpicacius lumen quod alius potest alium illuminare modo quo diximus.

**Ad quintum** dicendum quod maius lumen obscurat minus in corporalibus. nam ita disgregat uisum maius lumen quod non sinit uideri minus. unde ex hoc minus lumen uidetur non apparere. sed in intelligibilibus non est sic immo maius lumen facit ad intellectum minus lumen. igitur enim cum uidimus ualde sensibile non possumus uideri minus sensibile. tamen cum intelle-

primus maxime intelligibilia non minus immo magis intelligimus infima ut in. 3. de anima assignatur differētia inter intellectum et sensum. talia ergo intelligibilia pro ut habent rationē maioris et minoris luminis non se impediunt nec se offuscant sed magis se iuuant et fortificant. ¶ Ad sextū dicendum quod diuina essentia semper est presens omnibus angelis: tñ ut sepius dictum est nullus eam comprehendit: ideo minus indiget confortatione alterius ad hoc quod confortatus possit sibi aliquid qua videre que non confortatus videre non posset. ¶ Ad septimum dicendum quod vnus angelus non illuminat ab alio ex eo quod recipiat nouum lumē. nec directe ex eo quod lumen eius augmentet: sed determinatur et vnitur et ex hoc fortificat ut possit per suum lumen sic fortificatum aliqua cognoscere que non posset cognoscere per non fortificatum. Ad formam ergo arguendi dicto debet quod vnus angelus non illuminat ab alio quod recipiat lumē quod non habet quod non recipit nouum lumen nec quod recipiat lumen quod habet quod non fit talis illuminatio per luminis retentionem: sed per luminis confortationem. ¶ Ad octauum dicendum quod vnus angelus illuminat alium angelum per lumen proprium: non quod ei det partem sui luminis ita quod debeat sur lumen suum. nec etiam dat ei totum lumen ita quod perdat lumen suum: sed per lumen proprium quod habet angelus superior quod est lumē peripicacius videt aliqua in deo quod non potest videre inferior que visa proponitur inferiori quibus propositis determinat et fortificat lumē inferioris ut possit illa videre: et ex hoc dicitur ipsum illuminare. ¶ Ad nonum dicendum quod lumen intellectuale ipsius angeli est aliqua perfectio substantie eius. perfectio autem substantie siue ipsum accedens non se extendit extra subiectum quantum ad eē sed bene se extendit extra subiectū quantum ad agere: ut calor in igne non se extendit extra ignem quantum ad esse: sed bene se extendit quantum ad agere quod agit in stuppam: vel agit in alia ab igne. sic et in proprio lumen quod est in vno angelo non se extendit quantum ad esse extra subiectum illius angeli. sed bene se extendit quantum ad agere non directe sed indirecte. non debemus enim imaginari quod sic vnus angelus illuminat alium sicut sol illuminat aerem quod causat in eo lumē. sed hoc est indirecte: ut quod angelus superior per suum lumē videt aliqua et proponit aliqua angelo inferiori per que excitat angelus inferior ut vnitive et determinate feratur in illa. et ex hoc ut diximus confortatur suū lumē et cognoscit ea que non posset cognoscere non confortatus: et ideo dicit vnus alium illuminare. ¶ Ad decimum dicendum quod istud illuminare non est proprie et directe augmētare lumen sed magis est augmētare operationem luminis. nam vnire lumen est fortificare ipsum quod possit fortius agere: de quo videmus exemplum in corporalibus. fabri enim cum uolunt fortiter calefacere ferrum spargunt aquam super carbones. propter aquam autem superius superfusam calor ignis non exhalat exterius sed totus reflectitur ad inferiora. faber ergo precipiens aquam non proprie augmentat calorem ignis: sed vnitur quod facit ipsum calorem non exalare ad exteriora sed vnitive se habere ad calefactionem ferri: ita quod illic calor vnitus augmentatus est circa operationem quam habet erga ferrum: quod fortius calefacit ferrum. sic et in proposito quando angelus superior proponit aliqua determinata ipsi inferiori vnū lumen eius ut determinate feratur in illa et ex hoc lumen illud habet fortiozem actionem ad cognoscendum que sunt sibi proposita. sicut ergo faber per aquam non generat

calorem: sed calorem vnit et augmentat actionem eius sic vnus angelus illuminando alium non generat in eo lumen sed vnit lumen et vnendo lumen augmētat actionem eius. Ad formam autem arguendi patet solutio quod vnus angelus non proprie augmentat lumen alterius quod non fortificat lumen alterius ipsum augmētando sed vnendo. ¶ Ad vndecimum dicendum quod ut patet vnus illuminat alium confortando lumē. sed lumen confortatum habet perfectionem operationum non solum ut clarius intelligat: sed etiam ut plura intelligat: ut vnus homo subtilis qui habet peripicaciam intellectus non solum clarius intelligit conclusiones elicatas ex aliquo principio quam alius homo grossus. sed etiam scit plures conclusiones elicere ex illo principio quam grossus. et idem homo grossus si vnatur lumen suum: quod lumen sic vnitum habet perfectiozem operationem poterit plura intelligere per tale lumen fortificatum quam per non fortificatum. ¶ Ad ultimum dicendum quod corpora non possunt seipsa mouere ad aliqua. vnde si mouentur vel hoc est violenter et per impulsioem. vel hoc est naturaliter per aliquam forme impulsioem. sed intelligentia que est nature intellectualis est supra se conuersua: propter quod mouet seipsam ad aliquid agendum. vnde non oportet quod ei aliquid imprimatur: sed sufficit quod ei aliqua proponatur. Et hec de cognitione angelorum ad presens dicta sufficiant.

¶ Expliciantur questiones disputate de esse et essentia de mensura angelorum: et de cognitione angelorum: edite a Fratre Egidio de Roma ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini. Venetijs impresse per Simonem de Luere nomine oratorum Andree Torresani de Asta. 23. Maij. 1503. feliciter.

# Tituli.

## Tituli quoniam dñi Egidij Romani De eē z eētla.

- Utrum sit dare plura pñcipia simplr pñma. Q. I.  
 Utrum ab vno pñcipio simplici possint pcedē plura immediate. II.  
 Utrum a pñmo pñcipio qđ deus est possit aliđd pñduci ex nihilo. III.  
 Utrū alia agētia coopent aliđd in aliq̄ pductione rerū vel totū immediate faciat deus, IIII.  
 Utrū creatura aliq̄ possit esse causa alliculus effectus ut sit ens z ut habeat esse. V.  
 Utrū deus possit coicare creature q̄ creet. VI.  
 Utrū creatio sbe create sit idem q̄ esse eius. VII.  
 Utrū eē forme accñtalis sit idē cū ipsa forma. VIII.  
 Utrū essentia creature sit suum esse vel realiter differat ab esse eius. IX.  
 Utrum vnus rei vnūcum sit esse. X.  
 Utrum possit creari esse sine essentia. XI.  
 Utrū creatura possit annihilari si non differret in ea esse ab essentia. XII.  
 Utrū possem? saluare q̄ creatura pcederet a deo ex mera libertate arbitrij: uel cogeremur ponere q̄ pcederet ex quadam necessitate nature si non differret in ea realiter esse ab essentia. XIII.

### Tituli quoniam de mēsurā angeloz.

- Utrū eū sive etñitas pñcipata sit mēsurā āgeloz. I.  
 Utrum sit vnum eū oīum eūternorum. II.  
 Utrū eū sit idē q̄ eē eūstnoz z qđ addat sup ip̄z. III.  
 Utrū eū in eūternis faciat per se predicamētū sicut qñ. z utrum vnum reducat ad aliud. IIII.  
 Utrū eū sit idē q̄ suū nūc z in quo pñdicamēto sit. V.  
 Utrū nūc eū z temporis differant realiter. VI.  
 Utrum in euo sit successio. VII.  
 Utrū āgelus q̄tū ad suas opatōes mēsuret tpe. VIII.  
 Utrū tēpus qđ mēsurat opatōnes angeli sit compositum ex instantibus. IX.  
 Utrū tps qđ mēsurat opatōnes angeloz sit in predicamēto qualitatō: uel in quo pñdicamēto sit. X.

### Tituli questionū de cognitiōne angeloz.

- Utrū angelus intelligat se per eētiam suam. I.  
 Utrū angelus itelligat alia a se per eētiam suam. II.  
 Utrum angelus possit intelligere scīpsū z alia a se per essentiam aliorum. III.  
 Utrū species uel habitus pñaturalis sit illud per qđ angelus intelligit alia a se. IIII.  
 Utrū species intelligibilis existēs in mēte angeli possit mouere intellectū eius ad intelligendum. V.  
 Utrū intellectus angelicus intelligat per species inatas uel a rebus acceptas. VI.  
 Utrū angelus possit intelligere plura simul. VII.  
 Utrū angeli superiores itelligāt per vniuersaliores species q̄ inferiores. VIII.  
 Utrū intellectus angelicus itelligat singularia. IX.  
 Utrum angeli cognoscant futura. X.  
 Utrum angeli cognoscant occulta cordium. XI.  
 Utrū angeli loquantur z qualiter. XII.  
 Utrum signa per que loquantur angeli sint naturalia uel uoluntaria. XIII.  
 Utrū angeli superiores illuminēt inferiores. XIII.

### Registrum.

A B C D E F G H I K  
 L M N O P Omnes quaterni.

Quinterni. 12.